ctualiter ſcz. z rõnaliter/ z ſenſualiter.
¶ Oculus intellectualis eſt/ vis perceptiua z
abſtractiua rerum z motu z materia/ hoc ẽ
ab hic z nunc/ z a motu z ꝯtinuo/ ſine com
plexiõe vel diſcurſu. Qui triplex eſt diuin9
angelicus/ z humanus. Diuinus eſt ille q̃
reſpexit deus humilitatem ancille ſue. De
quo ſapiens. oculi domini lucidiores ſup
ſolem.
¶ Oculus ſenſualis eſt vis perceptiua re
rum/ per propriam vel alienam ſpeciem. cũ
motu/ z continuo. hoc eſt cum hic z nunc/
vel non ſine illis. Et hic triplex eſt/ exterior

ꝓprius extenſus ad quinq; ſenſus. Interior cõmunis vel imaginatiuus in interiori parte cerebri. ſuperior fantaſtic⁹ vel eſtimatiuus vel cogitatiu⁹/ q̄ rõnalis vel rõnatiuus in hoĩe dici põt/ in media cellula. ꝛ memoratiu⁹ in poſtrema.

¶ Oculus carnis exterior ꝓprie dict⁹/ ꝑficitur ex rebꝫ q̄ ſunt lux ꝛ lumẽ/ color ꝛ ſpecies eius. necnon ↄuerſio aĩe cognitiue ſuꝑ ſpecies luc. ꝛ coloris. ꝛ ita ꝓportõnabilit̃ de q̄tuor alijs ſenſibꝫ diceret̃.

¶ Oculus carnis exterior dicit̃ intuitiue vel obiectabilit̃ videre ſeu ꝑcipere rẽ aliquã. dum res illa mouet in obiectali preſentia ꝑ ꝓpriam ſpeciem ꝛ immediatã/ etiam dum perijt res obiecta. nec fallit̃ hic oculus. ſed ſupior. ſi iudicat rem p̄ntem. dum ſola ſpecies eius adeſt. ¶ Oculus carnis interior eſt vis ꝑceptiua rerum ꝑ ꝓpriam ſpeciẽ ſed mediatã. i. a ſenſibꝫ exterioribus immediate deriuatam. aut dum accipit rerum ſimilitudines tanq̄ veras res. quarũ ſunt ſpecies. ꝛ fallitur mille modis. tam ſomnians q̄ vigilans. dum furit. ꝛ reuerit ſat.

¶ Oculus carnis ſuperior eſt vis ꝑceptiua reꝝ ꝑ compoſitionẽ ꝛ diuiſionẽ ſpecierum. ꝛ intentionum ab eis deriuataꝝ a ſenſibꝫ ꝓprijs ꝛ cõibus. ꝑ abſtractõeꝫ inſuper ꝛ diſcurſum. ¶ Oculus diuinus eſt vis perceptiua oĩm ſine ſpecie extranea/ ſine compoſitione vel diuiſione/ ſine q̄cunq; diſcurſu/ ſine quacunq; diſtinctiõe reali vel exꝑ terei/ diuinis relationibꝫ exceptis. ꝛ ita diſtinctiones idearum fundant̃ ſupra rebus ad extra obiectaliter acceptis. per operationem intellectus.

¶ Oculus angelicus eſt vis ꝑceptiua. ſine actu diſtincto a ſubſtãtia ſua/ ꝑ ſpẽs rerum vel innatas vel acq̄ſitas/ tã ſine diſcurſu q̄ cũ diſcurſu. tã incõplexe q̄ ↄplexe. Necnõ vniuerſaliter ꝛ diſtincte/ ꝛ hoc ꝑ ſpecies tã inditas a deo q̄ a rebus. vt videt̃ acceptas ſed aliter q̄ ꝑ ſenſum. Alioquin difficile ẽ ſaluare punitiones demonum. ꝛ ſeperatarum animarum/ cognitiones inſuper ſingulares angelorum/ necnon locutiones interſe/ ꝛ nobiſcum.

¶ Oculus intellectualis humanus eſt vis perceptiua rerum per modum intelligibilis oculi angelici/ ſed vigore longe diſſimili. p ſtatu vie aut ſeparationis eius a corpe. ſiue cauſentur ſpecies ab influxu diuino/ ſiue recipiantur a rebus per intellectum irradiantẽ ſic ꝑeas/ put hic intellect⁹ noſter irradiat ſuper fantaſmata/ ꝛ oculus catti ſuper colores.

¶ Oculus intellectualis humanus extinctus fuit ſꝫm hugonem/ ſicut oculus carnis infectus/ ꝛ oculus ratõnis contenebratus adam peccante/ dum cõparatus eſt iumentis inſipientib⁹. et. ſim. factus eſt illis. Nec reparari poteſt ꝑfecte oculus iſte triplex ſine verbo incarnato quod eſt lux vera illuminãs omnẽ hominem venientẽ in hunc mũdum. ꝛ fide purificans corda noſtra.

¶ Oculus amoris tot modis dicitur. quoad potẽtiã affectiuã vel appetitiuã ſeu volitiuam. quot modis dicitur oculus app̄henſiuus. vel animalis. vel intellectiu⁹. Et ita ſunt oculi duo ſponſe ꝛ ſponſi in canticis/ cognitionis ſꝫ ꝛ amoris. quibus penetrat afficit ꝛ vulnerat ad amorem.

Obiectum cuiuſlibꝫ oculi/ ẽ ens in ſua generalitate vel analogia ſuſceptũ. ſiue viſio ſit naturalis ꝛ apprehenſiua. ſiue ſit affectualis ꝛ appetitiua.

¶ Obiectum oculi diuini eſt eius eẽntia in ſui puritate recepta. ſiue viſio ſit eſſentialis ſiue perſonalis ꝛc̃. ¶ Obiectũ oculi angelici attingibile ꝑ naturam/ eſt ens creatum. ꝛ ꝑ grãe lumen eſt cũ hoc ens icreatum. ¶ Obiectum oculi humani intellectualis dum ſeparatus eſt a corpore/ ꝓporcionatur ſibi tanq̄ oculo angelico. ſed longe inferiori modo. ꝛ non niſi ꝑ diſpenſationem/ vel gratiam. vel gloriam. Et ita non fruſtra collocata eſt anima rationalis in corpe. ſed vt inueniret ſeipſam. ꝛ perfectius deum cognoſcere poſſet/ ꝛ amare ꝛc̃.

¶ Obiectum oculi intellectualis dum eſt in corpore non eſt de lege cõmuni/ niſi fantaſma in corpore. aut ſaltem fantaſmate et per fantaſma. ¶ Obiectum oculi intellectualis humani dum eſt in corpore/ frequenter habet fieri per gratiam ſine cõcurſu fantaſmatis. vt in raptu/ vel reuelatiõe/ vel ſupermentali affectu. aut forte naturaliter/ ſed in tranſitu ſolo. inſtar fulguris coruſcantis. ¶ Obiectum oculi carnis exterioris/ eſt ſenſibile propriũ cuiuſlibet ſenſus exterioris. q̄uis generali⁹ capiẽdo lux quedã ſit obiectũ oculi exterioris. vnde viſio dicitur de qualibet ſenſatione. vt vide q̄liter hoc ſonat aut redolet. omnis enim manifeſtatio lux quedam eſt/ ꝛ eius perceptio

viſio dici poteſt.

Obiectum carnalis oculi exterioris po-
teſt percipi quandoqꝫ ſe abſente per ſpecies
in ſenſu retentam/ z ſine ſua ſpecie naturali-
ter non ſentitur. Nec proprie dicendū eſt
obiectum intuitiue ſentiri ſe abſente, quis
ita reputetur.

Obiectum carnalis oculi interioris qui
communis dicitur/ eſt ſenſatio cuiuſlibet
ſenſus exterioris cū ſenſibilibus communi-
bus/ qui ſunt numerus/ quantitas/ figura/ mo-
tus/ z quies. Obiectum carnalis ocu-
li ſuperioris q̄ cogitatiuus vel eſtimatiuus
dicitur/ vel ratiocinatiuꝰ in hominibꝰ/ eſt fan-
taſma vel imago/ vel forma vel ſpecies ab
imaginatione coniuncta ſenſui communi re-
cepta/ vel inſpecta/ aut a memoria que po-
ſterior eſt reſeruata.

Obiectū carnalis oculi ſuperioris/ nō
ē ſimpliciter ab vna reflexibili ſpecie ſuſceptū/
ſed ꝑ varias combinationes/ z deductiōes
z abſtractiones z diuiſiones/ z reſolutio-
nes conſtitutum.

Obiectum tam mentalis q̄ carnalis o-
culi/ ſic ſe videtur habere/ ꝙ oculus perfe-
ctior z ſanior/ ipſum percipere poteſt nobi-
liori modo q̄z imperfectior/ qui modus ꝑ-
fectionis iuxta predicta diuerſus eſt z mul-
tiplex. Ac perinde poteſt cognoſcere intel-
lectus eminenter omnia que ſenſus viden-
do/ audiendo/ olfaciendo/ guſtando/ con-
trectando/ ſuo modo/ qui nobilior eſt pu-
rior/ pulcrior/ atqꝫ ſuauior/ q̄z in ſenſu/ ſicut
ſenſus communis non cognoſcit que pro-
prius omnis zc.

I. Viſio dei mentalis habetur tri-
plex/ quia quedam eſt facialis z
intuitiua/ quedam ſpecularis z
abſtractiua/ quedā nubilaris et
enigmatica. Conformiter ad triplicem co-
gnitionem meridianam/ matutinā/ z veſ-
pertinam. Prima vt ſol. Secunda vt lu-
na. Tertia vt aurora. Addit quartā quā poſ-
ſumus anagogicam ſeu miſticam nomina-
re que conſiſtit in amoris vitali perceptio-
ne. Viſio dei facialis z intuitiua nō
habetur a creatura angelica vel humana
per naturam/ ſed per gratuitam illuminatio-
nem. Si vero ſit aliqua que mediat inter
intuitiuam z abſtractiuam noticiam que
ſcilicet preſente obiecto ſit intuitiua/ z ab-
ſente ſit abſtractiua/ non eſt a probabilita-
te alienum.

Viſio dei facialis/ poſita eſt per docto-
res tripliciter fieri. Uno modo ꝙ deꝰ eſſet
ipſa formalis viſio creature. Alio modo ꝙ
eſſet obiectum ſine alia media ſpecie ſed nō
viſio. Tertio modo ꝙ eſſet obiectum im-
mediatum/ z tamen mediante ſpecie vide-
retur cum lumine glorie potentiam eleuā-
te zc.

Viſio dei facialis haberi poteſt vel ad
tempus vel ad perpetuum/ z interpoſitio-
nes de modo/ viſionis huius ſecunda prius
enumerata probabilitatem magis habet.

Viſio dei ſpecularis z ſincera/ que dici-
tur abſtractiua non intuitiua/ vel immedia-
ta habita eſt ab angelis z hominibus pro
ſtatu nature ꝑmittꝰ inſtitute añ collationē
glorie/ licet diuerſimode in vtriſqꝫ.

Viſio dei ſpecularis z ſincera/ conceſſa
eſt hominibus mundis corde per lumen
gratie ſpecialis/ dum cognoſcitur deus ſi-
ne motu z contînuo, id eſt abſolute ſine hic z
nūc/ z aliquo fantaſmate/ ſed in conceptu
proprio dei z abſoluto.

Viſio dei ſpecularis z ſincera/ non acq-
ritur ab hominibus modo naturali/ niſi ꝑ
vſus creaturarū viſionibus multis/ cū ab-
ſtractionibus reſolutionibus multiplicat
factis/ cū ſtudio vehemēti/ immo talē poſſe
haberi naturaliter pro ſtatu preſenti negāt.
ſicut nec lux pura videri poteſt niſi in cor-
pore terminato.

Viſio dei ſpecularis z ſincera/ longe fa-
cilius acquiritur ꝑ fidem/ ſpem/ z caritatē
cum vita conformi/ purificante mentis o-
culū/ q̄z per ſolas phiſicas diſciplinas/ ac-
quiritur/ z poſt raptum/ qualis eſſe potuit
viſio pauli reflexa ſuper actum/ quo intui-
tiue vidit deum. Et a pulcerrima mulierū
etiam dum hic viueret non videtur priuile-
gium hoc abnegandū quā a nullo illuſtri-
um Damaſcenus dicit vinci.

Viſio dei ſpecularis z ſincera/ non ha-
betur cum certitudine ſine reſolutione ad
exemplar primum quod eſt eſt deꝰ/ immo
nec aliqua veritas aliter cognoſcitur infal-
libiliter z cōſtanter/ ſm intentionē Augu-
ſtini multis locis.

Viſio dei ſpecularis z ſincera/ non ha-
betur hic in via permanēter z fixe/ quia vix
hora dimidia fit in celo mētis ſilentiū. dū
incurſu tot fantaſmatum turbatur cordis
ſabbatum/ z confuſa ſunt hic omnia. ſpes
metus, meror gaudium.

¶ Viſio di nubilaris ⁊ enigmatica/ ꝯcomi
tatur quãlibet aliã cuiuſcũqꝫ rei viſionẽ. ſicut
colorum viſioni. comes ẽ viſio lucis ſeu lumi
nis. ita nihil videre poſſumꝰ/ niſi per irra-
diationẽ diuini luminis directe vel obliq.
abſolute vel ꝯfuſe/ ſe mõſtrantis.
¶ Viſio di nubilaris ⁊ enigmatica/ habetur
certiſſime ⁊ ſecuriſſime ꝑ fidẽ mediatoris di
⁊ hoim potiꝰ q̃ ꝑ phiſicale ſtudiũ. Habetur
etiã ꝑ viã abnegatõnis mõ q̃ tradit a Dio
nyſio. quẽ ob hoc vocat tenebras atqꝫ cali
ginẽ. q: fit ꝑ priuationẽ. ſicut tenebra ꝓua-
tionẽ lucis dicit. ¶ Viſio dei q̃ noĩari põt
anagogica ꝑ amoris oculũ/ facilꝰ obtinet
in via q̃ viſio ſpecularis ſincera. quã nec
oportet pceſſiſſe nec comitẽ eẽ ĩ miſtica viſio-
ne/ ſic nec intuitiuã viſionẽ/ ſicut canis ce-
cus odorat predam ſuã. ¶ Viſio dei ana-
gogica/ hẽtur ꝑ theologiã miſticã/ docentẽ
ignotis ignote ꝯiũgi ſub diuina caligine/
q̃uis ſine corpe a fãtaſmate. dũ amor itrat
vbi cognitio foris ſtat. ſufficit oculo amo-
ris q̄ oculus cognitõnis mõſtrauerit ei di
lectũ ſuũ etiã ſub enigmate fidei. ſeu ꝯfuſe/
q̃ poſuit tenebras latibulũ ſuum/ q̃d ſubin
trãs amor dicit. Et nox illuminatio mea in
delicijs meis. ¶ Viſio dei qualiſcunqꝫ
non ſufficit viatoribus ad glorie conſecu-
tionẽ. ſꝫ neceſſaria magis eſt diuinorũ im
pletio mandatorum/ qui enim dicit ſe noſſe
deũ ⁊ mandata eius non cuſtodit mendax
eſt. q̃ aũt ſic fecerit ⁊ docuerit hoĩes/ hic ma
gnus vocabit in regno celorum/ vbi viſio / et
tota merces/ ⁊ gaudium plenum.

Finit.

## ¶ Tractatus eiuſdem

de remedijs contra puſillanimitatem/ ſcru
puloſitatem. deceptorias inimici cõſolatõ
nes. ⁊ ſubtiles eius tẽptationes. qui nõnul
lis vid' et gallice ab ipo primũ conſcriptus:
⁊ ab alio in latinũ tranſlatus.

Qui puſillanimis eſt ⁊ paui-
dus. cauere ſibi dꝫ a nimio
timore. Si eniꝫ cor ſuũ ⁊ na
turalia ſeqtur. ad deſperatio-
nem vel nimiam mentis deie
ctionem ꝑueniet. Timor eſt vtilis duris ⁊
diſſolutis acremiſſis. quia timor terret et
cuſtodit. Timoratis vero atqꝫ pauidis/ ſi
accedat timor/ ad peccatum eos adducet.
Unde cõuertere ſe debẽt magis ad conſo-
latoria ⁊ dulcia q̃ ad contraria. Contrari
is enim contraria curantur/ frigida calidis
temperantur. ⁊ calida frigidis. Stultꝰ ve-
ro eſſet qui calorem calori ⁊ frigus frigori
adijceret. Ortus irrigatur ſiccitatis tempo
re/ ſed ſatis complutus non amplius irri-
gatur. Qui vero ſcit excolere ortũ ſuũ. ipe-
ritus eſt. ſi neſciat excolere animã ſuã. Ani
ma enim plus q̃ ortus. immo plus etiã q̃
corpus. Unde ꝓ regula generali habendũ
eſt. vt in quacunqꝫ tẽptatione de qua im-
pugnamur. ſemper contraria obijciamus.
Sic eni conqueſti ſũt demones de quodã
monacho q̄ ipſos ꝯfunderet. quia cũ ipſi
eum vellẽt extollere/ ipe ſe depmebat. ⁊ cuꝫ
eũ in deſperationẽ niterent ipellere. ipe ad
ſpeꝫ ſe erigebat. ¶ Aliq̃ ꝑ cordis puſillani
mitatẽ putãt ſe deſpare cũ ñ deſprãt. ſẽtiũt
enim motꝰ deſperatiõis ꝑ puſillanimitatẽ
cordis. ⁊ hũc ſenſum putãt ꝯſenſum. Sed
q̃tumcũqꝫ ſentiãt/ etiã ſi quaſi operiantur
hac tẽptatione. q̃diu ratio contradicit nec
conſentit. hi tales charitatẽ nõ amittũt.
¶ Ignis qui in die ardet/ in nocte operiri ſo
let cineribus a quibus ita extinguitur/ vt
tamen mane alterius diei ſcintilla aliqua
inueniatur. que ſcintilla dum queritur / li-
cet lateat/ nihilominus tamen ibidem in-
uenitur. ⁊ de eadem modica ſcintilla tã ve-
hemens ignis reparatur ſicut prius. Ita
de ſcintilla caritatis/ que q̃tũcunqꝫ operia
tur tẽptationibus. ſi intentio hec maneat
in ipſa. vt adhereat deo/ ⁊ nullatenus con-
ſentire velit alicui mortali peccato. viuus
remanet ſecure ipſe ignis caritatis / q̃ po-
ſtea tam magnꝰ erit vt ꝓus. ¶ Exemplum
aliud non diſſonum a propoſito de pugi-
le in duello. qui q̃tumcunqꝫ deijciatur et
percutiatur/ non reputatur victus. niſi cõ-
ſentiat dicendo. Reddo me victum. Sic
nec ſpiritus hominis vincitur a diabolo.
niſi conſenſus voluntatis adueniat. Cla-
mandumqꝫ eſt in huiuſmodi tẽptationum
conflictu. Domine deus meus fac mihi
ſcd̃m iudicium ⁊ affectum rationis. ⁊ non
ſcd̃m illud quod in ſenſualitate verſatur.
Similiter dico de omni tẽptatione. Non
enim iudicatur homo ſcd̃m ſenſum vł ſen
timentum carnis. ſed ſcd̃m ſenſum ratio-
nis. ⁊ voluntatem anime.
¶ Duplex enim voluntas eſt in homine
ſiue duplex lex ſicut dicit apoſtolus. lex car
nis ſcilicet ⁊ lex ſpiritus. Unde ⁊ ideꝫ apo
ſtolus dicit ſe cõcupiſcere ſcd̃m legẽ carnis

ꝛ carnaliter delectari contra ſpiritus volũtatem: ſed quia illud quod concupiſcebat nolebat ꝛ contra voluntatem hoc faciebat. immo vt magis proprie loquar non faciebat illud ſed magis patiebatur/ ideo dicebat, Ego non operor illud ſed quod habitat in me peccatum, itaqꝫ quicunqꝫ tentaris carnali concupiſcentia. deſperatione. ira. rancore. inuidia. aut alio quocunqꝫ peccato: quãdiu ratio tua non vult huiuſmodi/ ſed vt poteſt reluctatur/ ꝛ libenter exonerari vellet ab impugnatione tã peſtifera: nõ tu agis illud ſed magis videris pati. vnde nec iudicaberis ſm huiuſmodi peccati ſenſum/ ſed ſcḋm rationis ꝛ voluntatis conſenſum. Si ille aduenerit iudicandum te ſcias. ¶ Et quid mirum ſi duplex in homine reperiatur voluntas, quarũ velit vna altera quodammodo nolit: cum ꝛ in ipſo redemptore noſtro duplicem fuiſſe quoqꝫ voluntatem: vnã qua voluit calicẽ paſſionis a ſe transferri. ꝛ aliam qua iuxta dei patris voluntatem voluit pati/ videatur; ita pꝫ vt non te deijciat voluntas ſenſualitatis: adhereat fideliter deo volũtas ſpiritus et rationis in te: ꝛ nõ timebis.

¶ Tene ſuper hoc exemplum mulieris nequam quam nũqꝫ cogere ad hoc valuit vir ſuus vt taceret. nam cum proiecta in ſcenum ſiue lutum/ ꝛ quaſi tota inde cooperta ꝛ confuſa/ inquireretur a viro an non adhuc ſileret. Conuerſa ad eum voce procaci/ prout poterat/ reſpondit, Non adhuc ſileo, ita ergo ꝛ tu cum totus inuolutus luto fueris tentationum. noli cedere/ neqꝫ victum te reddere: ſed corde ꝛ ore clama contra impugnantes te temptationes. ꝛ dic Adhuc nõ ſileo/ ab adherendo domino deo meo. Et retinebis innocentiam/ ſicut mala illa mulier retinuit ſuam nequiciam.

¶ Audi adhuc amplius conſolatorium verbum, Quicunqꝫ peccato tentaris pre alijs acrius: tanto ſi legitime certaueris coronaberis a deo glorioſius. Et tentatus habebis premium duplex/ vbi non tentatus premium es habiturus ſimplex. Et quãto plus ſentis alicuius peccati fatigationem: tanto amplius ſi non conſentias conſequeris inde peccatorum tuorum purgationem, Et quia in huiuſmodi conflictu/ cum quis tẽtatur/ cõtingit vt plura cõmittantur venialia. Ita etiam econtrario/ contingit ſcḋm doctores communiter/ vt pena illa quam ſuſtinet in reſiſtendo/ deleat penam venialibus debitam ex vna parte: ꝛ ex alia parte creſcat meritum propter pugnam contra vitia ꝛ laborem pro virtutibus.

¶ Sicut igitur iuxta premiſſa/ ſenſus peccati ſeu tentationum ad peccatum/ homini non nocet ad ſalutem. nec a caritate dei ſeparat quãdiu ſenſus non cõcurrit. Ita quoqꝫ ex ſimili ſenſus deuotionis ſeu ſentimentum ſpiritualis dulcedinis ꝛ conſolationis/ non aſſecurat hominem ipſum fore in ſtatu gratie gratum facientis. Nec reddit eũ perfectiorem ex hoc alijs: neqꝫ deuotionis gratia huiuſmodi ſublata/ eundem reprobatum a deo indicat: nec etiam imperfectiorem ceteris facere preualet, pares quippe eſſe poſſunt in caritate coram deo. ꝛ ille q̃ ſpirituali conſolatione perfunditur/ ꝛ ille qui ea priuatur: immo ſi diligenter penſetur/ magis periclitari poterit qui deuotionis dulcedine fruitur/ quã is cui hec denegatur. Ratio: quia ſi conſolatione huiuſmodi fungens. de gratia tali confidat/ ꝛ ſui imperfectum exinde conſiderare negligat/ ſua deuotione erit deo potius remotior quã propinquior/ propter ſuam preſumptionem ꝛ faſtuam confidentiam. Aridus vero ꝛ ſpiritualis dulcedinis vacuus attamen pro deuotione laborans/ ꝛ id quod in ſe eſt faciẽs licet corde quaſi frigido/ ꝛ ſpiritu tepido/ debitum ſuum deo ſoluens/ cum ſuiipſius vilificatione/ ꝛ diuine miſerationis magnificatione poterit propter ſui humiliationẽ deo mlto fore acceptior/ ꝛ pre alio in merendi ſtatu maior. dummodo tamen conetur non negligere quod in ſe eſt/ ſed pro gratia conſolationis laboret ſine fictione, Sedeat ergo neceſſe eſt iſte aridus iuxta viam et mendicet a domino Jeſu trãſeunte lumen gratie. Et quãuis turba malarum cogitationum importune inſtet vt taceat/ ipſe nihilominus multo magis clamet/ ꝛ ſuccla met donec lumen a domino recipiat. Et ſi ſic lumen gratie a chriſto humiliter mendicando tandem recipere meruerit. non dubiũ quin magis meritorie/ quã ſi ſponte ꝛ ſine laborum certamine quaſi inueniſſet. Si tamen in humilitate perſeuerans cũ gratiarum actione recognouerit non ſuis meritis nec precibus aridis: ſed mera dei ex bonitate gratiam conſolationis collatam gratis, Oratio anime talis non eſt pura ſꝫ dura: ꝛ quãuis non dulcis tamen fortis. vnde

ceteris paribus ipſa apud deum tantū ob-
tinere poterit ſua dura fortitudine/q̄ntum
alteriꝰ oratio ſua deuota dulcedine. ꝓut in-
nuere videtur beatus Bernardus ſuper il-
lud pſalmiſte. Delectare in domino ⁊ da-
bit tibi petitiones cordis tui. Non eſt in-
quit hoc dictum de affectu. ſed de exercitio.
Ille eniꝫ bene hec implet/qui delectari co-
natur/etſi non pertingit ad hoc vt delecte-
tur. ⁊ viribus hoc agit. quod ille qui dele-
ctationem hanc percepit. Nō ergo incau-
te quis ſequatur huiuſmodi dulcedinum
ſentimenta. ⁊ ſenſibiles in orationibus ſu-
is conſolationes. nec preſumat ſe ſcd̄m ta-
lia a deo exaudiendum. ſed magis ſcd̄m ra
tiōis ſue ⁊ voluntatis iudicium/ quod de-
us potius penſat. maneatq̄ȝ in illis termi-
nis/ſcilicet ꝙ iuxta diuinum promiſſuꝫ ac
cepturus quandoq̄ȝ indubie erit/ id quod
poſtulat. vel aliud quod vtiliꝰ diuina pro
uidentia eideꝫ fore cognouerit. ſi fideliter i
oratione ſua ſine heſitatione de dei pieta-
.2. tate perſeuerét. ¶ Addendum hic videtur
non incongrue ꝙ nonnunq̄ȝ ſimplicibus
deuotioni vacare querentibus / huiuſmo-
di ſpiritualium conſolationum ſubtractio
ſit vtilior q̄ȝ conceſſio. maxime eis qui nō-
dum exercitatos habent ſenſus ad diſcre-
tionem boni ⁊ mali. nec aduertere norunt
quomodo perſepe angelus tenebraꝝ trāſ-
ferre ſe ſolet in angelum lucis/ vt decipiat.
¶ Pro qua clarius intelligenda. ſciendūꝫ
ꝙ anima rationalis que eſſentialiter indi-
uiſibilis eſt/duobus modis ſuas exercet o-
perationes. Aliquas videlicet ſine organis
ſeu inſtrumentis corporeis ſaltem imme-
diatis. Et aliquas cum huiuſmodi corpo
reis organis. Et ſcd̄m hoc diuidi conſue-
uit potentialiter in partem ſuperioreꝫ que
etiam mens vel ſpiritus dicitur. Et in par
tem inferiorem que ſenſualitas nomina-
tur. Prima autem portio anime in tribus
conſiſtit potentijs. ſcilicet intellectu ſeu ra
tione/voluntate/⁊ intellectuali memoria.
In quibus illa ſumma maieſtas. glorioſiſ
ſima trinitas. ſcd̄m cōmuniter loquentes
creauit hominem ad imaginem ⁊ ſimilitu
dinem ſuam. Secunda vero anime portō
conſiſtit in potentijs ſenſitiuis. tam exte-
rioribus q̄ȝ interioribus. ⁊ appetitibus ſen
ſitiuis. ſcilicet iraſcibili ⁊ concupiſcibili.
Iuxta itaq̄ȝ premiſſa/notandum ꝙ quili-
bet ſpiritus de ſui natura niſi diuinitus ꝓ
hibeatur/cuilibet illabi poteſt corpori. et
circa ipſum ſiue in ipſo operari. hoc enim
priuilegium inditum eſt nature ſpirituali/
ſupra naturam corpoream. Unde ſequit̄
ꝙ angelus bonus vel malus poteſt opera
ri in noſtris ſenſibus/⁊ ſenſitiuis appetiti
bus / eo ꝙ ſint corporei propter organa.
Unꝰ tamē ſpiritus creatus/nō poteſt illa
bi alteri ſpiritui. quia ſicut in corporalibꝰ
impoſſibile eſt fieri penetrationem dimen
ſionuꝫ iuxta philoſophos. ſic ⁊ in ſpiritua
libus impoſſibile eſt fieri illapſus ſpiritu-
um iuxta theologos. Et hoc eſt quod dicit
Auguſtinus in de fide ad Petrū vbi inq̄t.
Singulis ſpiritibus ineſt terminus quo
a ſeinuicem diſtinguūtur. ⁊ vnus in alio n̄
eſt. ¶ Ex iſto ſequitur ꝙ diabolus nō po-
teſt intrare parteꝫ anime ſuperiorē/ſiue ip-
ſius anime eſſentiam. Patet. quia anima
eſt ſpiritus indiuiſibilis ⁊c. Et per conſe-
quens etiam non poteſt immediate in ip-
ſam operari/cum omnis operatio fieri ha
beat per contactum. Et hoc eſt quod vene
rabilis vult Beda Actuū. v. ſuper illo loco
vbi Petrus ait Anania/cur ſathanas ten
tat cor tuum ⁊c. Dicit enim ſic. Notanduꝫ
ꝙ mentem hominis iuxta ſubſtantiam ni-
hil implere poteſt niſi creatrix trinitas ⁊c.
¶ His itaq̄ȝ premiſſis bene conſideratis.
poterit faciliter attendi/q̄ȝtis periculis ex-
poſiti ſumꝰ. ⁊ q̄ȝ diuerſimode nob illudere
poſſunt ſpiritus nequam / etiam ſimulata
ſpecie boni. vt finaliter nos decipiāt ſcau-
tos. ⁊ ad mala perducāt. vt beatus Augu-
ſtinus. in de ciuitate dei in diuerſis locis. ⁊
maxime. xviij. ⁊. xxi. libris clare oſtendit.
¶ Poſſunt nanq̄ȝ vt tactum eſt ſenſibus no-
ſtris illudere. poſſunt etiam immittere di-
uerſa fantaſmata. quibus/ſi ſenſualiter de
lectabilia fuerint/alliciant ⁊ inclinent ap-
petitum noſtrum ad illicita. vel quibus/ſi
triſtia fuerit/appetitum noſtrum deterren
do a bono retrahant. ⁊ propter difficulta-
tes experimentaliter immiſſas. impediant
totaliter. ita vt a bono inchoato vel incho-
ando penitus propter ſenſibiles grauita-
tes deſiſtamus. Rurſum quoq̄ȝ immutare
poſſunt noſtrum appetitum ſenſitiuum ꝑ
hoc/quod aliquam facere valent immuta-
tionem circa eius organum. Sic nāq̄ȝ vo
lentes deo non prohibente aliquē incitare

ad libidinē/poſſunt cauſare circa renes ali
aſq corꝑis ꝑtes. vbi libido ſedē tenet/ali
quā vehementē calefactionē. Et volentes
in aliquē ꝓuocare virtutē iraſcibilē. poſſunt
deo ꝑmittente ꝓcurare ebullitionē ſangui
nis eiꝰ circa cor ⁊c. Sicq mirabiliter de
fame. ſiti. ſomnolētia. ⁊ alijs humanis paſ
ſionibꝰ appetitus ſenſitiui intelligatur/qua
rū oīm paſſionū cauſas diabolus nō igno
rat ꝓpter nature ſue ſubtilitatē. Licet nāq
a grā ceciderit naturalia tñ non amiſit.
r. ¶ Et ſic angelus malus hmōi cāas paſſio
nū admouere in hoīe pōt. Ita quoq ange
lus bonus. eaſdem amouere ꝓualet. vt ho
minē a tēptatione liberet/immo credo qȝ
⁊ angelus malus eas poſſit deo permitten
te. ⁊ angelo bono nō reſiſtente/in homine
remouere. dūmodo ſperet ꝑ hoc hoīem pe
riculoſius poſſe decipe. atq ad peiora ma
la ꝑducere. ꝓut qñq compꝑtū eſt. ¶ Pōt eti
am ſpūs malignꝰ naturā noſtrā corporeā.
⁊ totā anime portionē inferiorē/multa trā
quillitate fouere. ⁊ eam delectare gaudijs.
⁊ apparēte voluptate/ſiue ficta ⁊ ſophiſti
ca dulcedine/qbus hō incautus. ⁊ ſpūaliū
fallaciaꝝ inexꝑtus. ad tantū allici poterit/
vt etiam tandē in viribꝰ anime ſuperioribus
multum inde gaudeat/⁊ magna qſi in toto
homīe conſolatōne ꝑfruatur. ita qȝ homo
vix credere poſſit aliud quin a deo foret tā
ta ſuauitas. cū tamē certiſſime qñq ſit ab
humani generis inimico. Qui hanc cau
ſare tēptat nōnunq/vt hoīem ꝑ hoc in ſuꝑ
biam erigat. nonnūq vero vt hoīem per
indiſcretionē ⁊ abuſionem huius decepto
rie ꝯſolationis in veſaniā aliaq mala fina
liter deijciat. ¶ Diligent tñ ꝯtuēdū qȝ ſpūs
malus nō pt imediate tēptare hoīem in ꝑ
te aīe ſuperiori. cum ſibi nō illabitur ꝓut ſu
pra tactū eſt. quāuis poſſit mediate. Nō
tunc fit/cum intellectus ſeu ratio incaute
conſentit fantaſmatibꝰ illis. q ſibi illuſus
ſēſus repñtat. nō debite. ſ. abſtrahēdo/eli
ciendo/aut diſcurrēdo. Item pōt id fieri ꝑ
ꝑter vehemētem paſſionē appetitꝰ ſenſiti
ui. q paſſio ſepe iudiciū rōnis ꝑuertere ſo
let. ¶ Similiter pōt ipa volūtas in hoīe
tētari mediate. Et hȝ fit cū rō ꝑ erroneū ſuū
iudiciū de q tactū eſt/ipam voluntatē mo
uet/vel cū caro fortiter tentata/q ſp tñ ꝯcu
piſcit aduerſus ſpūm. ipam voluntatē tam
diu ſtimulat. quouſq eā ſibi inclinat. Sic
enī ſm ſcm̄ Jacobū. vnuſqſq tētatur a ꝯcu
piſcētia ſua. abſtractꝰ ⁊ illectꝰ. ¶ Hec/licet
aliqliter ꝑ exceſſum. nō tñ inutilit vt appa
ret ad ꝓpoſitū dicta ſint. ꝓ detegēdo fallaci
as ⁊ ꝑicula. q inexꝑtis ꝯtingere poſſent cir
ca ſpūales dulcedīes in orōnibꝰ ⁊ medita
tiōibꝰ ſuis/ꝑ angelū ſathane trāſfigurantē
ſe in āgelū bonū. niſi caute ⁊ diſcrete ſe ha
buerint in ſuis ſentimentis. ⁊ ſenſu ꝑcepti
bilibꝰ ꝯſolatōibꝰ. ¶ Ex ꝑmiſſis etiā facile
d. elici poterit ꝯſideratio. quō hoīes in capiti
bus ſuis debilitati. aut alias in naturalibꝰ
ſuis leſi. ⁊ indiſpoſiti. ſeu ex cōplexiōis ma
licia ad aliq vitia fortiter ⁊ ſpēaliter ꝑ cete
ris inclinati/q cōiter paſſionati dñr/ꝑñti ci
tius. facilius ⁊ multiplicius. q alij bñ diſpo
ſiti ⁊ bñ ꝯplexionati. ſeu bñ educati ab ini
mico illudi. vexari. decipi. ⁊ ꝑiclitari. ꝓpter
organoꝝ ſuoꝝ indiſpoſitionē. deo ꝑmittē
te. Quibꝰ ꝯſulendū eſt. vt ꝯtra inuiſibilis
hoſtis inſidias/deū ⁊ ſctōs ſepe inuocent/
ꝓpriū ſenſum nō ſequantur. alios ꝯſulāt ⁊ eo
rū ꝯſilijs acqeſcant. nimietate exercitioꝝ
tam corꝑaliū q ſpūaliū ſeipos nō grauent.
Occaſiones pctōꝝ qntum poterūt fugiant.
ꝯtra paſſiones ſuas viriliter laborēt. ⁊ nul
lo modo locū eis dent. neq eis cedant, nā
ſi ſemel iteꝝ ⁊ iteꝝ paſſiōibꝰ ſuis ceſſerint.
deueniēt paulatim ad hȝ. vt cum eis reſiſte
re volēt. difficulter aut minime id poterūt.
Ex quo vſus ſeu ꝯſuetudo eſt quaſi altera
natura. ¶ Et vt reuertamur ad hȝ vnde ſer
mo ſumpſit exordiū. vicȝ ad puſillanimita
tē. nō qdem amplectendā. ſed oīmode fu
giendā. ſumamꝰ de ipa exemplū ad ꝓpoſitū.
Sit quis naturaliter timidus/⁊ in natu
ralibꝰ quibuſdā defectuoſus. huic ſi coram
multitudine qppiam agendū incubuerit.
poterit facillime ſpūs nequā (dō id ad ꝓbatō
nē ⁊ exercitationē huius ꝑmittente) paſſio
nē timoris in tali ad tantū intentare. cū na
turaliū defectuū eius adiumēto/vt qſi totꝰ
ſtupefiat/viſuſq ⁊ auditus vſum qſi inter
mittat. immo ⁊ ſenſu tactus. qſi intercepto.
per totū corpus ſpaſma incurrat. ⁊ frigido
quodā ꝑfuſus ſudore. velut amēs in terrā
cadat. Queadmodum exꝑientia in nonnul
lis docuit, Cui grauiſſime paſſioni timo
ris. ſemel aut bis exꝑti. ſi is de quo loqmur
ceſſerit. ⁊ iuxta ſupra datū ꝯſiliū ſe viriliter
ꝓpter comptam difficultatē ⁊ preſumptam
confuſionē eidē nō oppoſuerit/deueniet

ad tātā indubie puſillanimitateꝫ. ꝙ vix aut
nunꝙ̄ curabitur:/imo videbitur ſibi qn̄ꝙ̄
fantaſtice ⁊ diabolo illudēre. ꝙ potius vel/
ler mortem ſubire. ꝙ̄ tali operi. vbi tantā ex
pertꝰ eſt difficultatē. iterū intēdere. ¶ Cōſo
nat huic exemplo noſtro illud phiſicorum
de nō nullis ſemel grauiter ⁊ quaſi vſꝙ̄ ad
mortem vulneratis: Qui vt aiunt. ſi ſang/
uinem poſtmodum viderit/aut fortiter de
ſanguie fantaſiauerint. ſincopim facillime
et ſpaſma patient. ꝓpter id qđ prius exper/
A ti ſunt incōmodum ⁊ ꝑiculum. ¶ Sed re/
deamus modo ad deuotoruꝫ ⁊ aridorū cō/
parationem. vnde ꝓpter deceptorias ꝯſola
tiones manifeſtandas digreſſi ſumꝰ. Vn̄
notandum ꝙ ꝑut aliqualiter ſupius tactū
eſt. Aridus nōnunꝙ̄ in ſtatu eſt tutiori. ꝙ̄
deuotus/hac ratione. Sint nāꝙ̄ duo. q̄ꝝ
vnus /ſcilicet deuotionis dulcedie fruens
maiorem habeat confidentiam. Alter ſcili
cet eadem carens dulcedine minoreꝫ ꝯfidē
tiam teneat. Haud dubium quin poſſit cō
tingere ꝙ is qui plus confidit/periclitatur
facilius. ⁊ fit inferior/quia eius confidētia
ex ignorantia ſuiipſius ꝓcedit/cum neſci/
at ad quantum teneatur coraꝫ diſtricto iu/
dice. Alter vero minus confidens nō faci
le decipiatur. ⁊ ſit tutiori ſtatu. quia eiꝰ tre/
pidatio eſt ex ſui diſcuſſione ſedula/et cog/
nitōne ꝓprie infirmitatis ⁊ imꝑfectōis ſue.
Ideoꝙ̄ quantuꝫ hic per humilitatē timet
et trepidat/tantum dei ante iudicium ſecu
rior aſtabit. quia diiudicauit ⁊ diſcuſſit ſe
ipſum. Ita eſt quandoꝙ̄ confidentia non
bona. et timor ſecurior. deoꝙ̄ propinqui/
or. Hinc eſt ꝙ quidaꝫ patrum aiebat. nul/
lam peiorem paſſionem fore ꝙ̄ nimiam
confidentiam. tam erga deum ꝙ̄ erga pro
ximum. Nam generat communiter contem/
ptum. ⁊ debitam negligit reuerentiā. tam q̄
ad deum ꝙ̄ quo ad proximum habendam. et
in vanitatē et ſuperbiā ſepiſſime terminat.
¶ Nonnunꝙ̄ etiam cōtingit/vt is qui co/
natur habere delectationes ſpūales. expen
dat ob hoc quaſi totum tēpus /quo tamen
vtiliora ſibi ⁊ proximo. magiſꝙ̄ grata deo
non tantū poſſet. ſed ex iniūcto et ſancte for
ſan obedientie debito deberet agere. ⁊ tan/
dem cum adeptus fuerit qđ queſiuit. male
cuſtodit dimittens ilico mentē ſuā ad alia
impertinētia euagari. aut vertens ſe ſine ne/
ceſſitate ad alia. quaſi diceret. Et ſi nō ver/
bo tamē facto. Iam qđ cupiui teneo/dietā

meam modo bene cōpleui. bn̄ ſto. ſecurus
ſum. Attamē neſcit miſer/aut ſe neſcire diſ
ſimulat. ꝙ id qđ accepit cadit ſub gratia g̃/
tis data. ⁊ poteſt ſtare cum peccato. Unde
pn̄t adhuc oīa ſua peccata manere ſuper
eum. ꝙꝙ̄ is cui multū donatū eſt. multum
etiā in iudicio requiretur ab eo. ꝓ ratione red
denda. Et rurſum cum ꝑorem grām ꝯſola
tionis quaſi nihilipendendo abiecerit/ re/
uertetur ad deū inſtās ꝓ alia accipiēda. qn̄
ſibi placuerit. quaſi dignū ſit vt deꝰ ad eiꝰ
beneplacitū ſemꝑ ſit paratus. donecꝙ̄ ſibi iu
ſte. qn̄cunꝙ̄ ⁊ quodcūꝙ̄ poſtulauerit. Hec
eſt illa vna ꝑ̄ſumptio fatua mala. ⁊ ꝑiculo/
ſa ꝯfidentia. que nonnullos ſe deuotos pu
tantes poſſidet. ¶ Sed nō ſic eſt de illo/q̄
auxilium diuinū tantū. ⁊ nō dulcedines q̄
rit ꝓ ſuis neceſſitatibꝫ. ⁊ ad reſiſtendū tem/
ptationibus. qui querit peccatorum ſuoꝝ
remiſſionē. nō ſpūalem conſolationem: q̄
puram q̄rit dei miſericordiā. nō ſingularē
ſuauitatis gratiam. qui iuxta dn̄i ſui bene
placitū cum labore ⁊ dolore. eidem ſeruit.
nec ꝯſolationes hic. ſed in futuro requirit. et
ſi qua conſolatio offeratur/ eam cum timo
re ⁊ humili gratiarumactione ſuſcipit. ⁊ cū
recedit. non triſtior inde. neꝙ̄ ad ſeruien/
dum deo ſegnior fit. Nam iſte ſalutem ſuā
operatur cum timore. prior quaſi cum tu/
more. Iſte in veritate. prior in vanitate. Iſte
fideliter. alter fallaciter. Hic ꝓpriis quaſi
ſtipendiis militat deo. aliꝰ niſi mercedem
a deo hic recipiat ꝯſolationis. militare re/
nuit. ¶ Solet etiā puſillanimes reddere nō
nūꝙ̄ deuotioni intēdentes/nimia ſcrupu/ B
loſitas conſciē. q̄ vtiꝙ̄ nō eſt bona. vtpote
cum q̄s de venialibꝫ ⁊ leuibꝫ peccatis ſine
quibꝫ iſta vita vix aut nullatenꝰ trāſigi po
teſt. ⁊ pene de omni actione ſua ꝯtinuaꝫ q̄/
ſi ſibi format ꝯſciam. plus hmōi ponderāſ
lance iuſticie/ꝙ̄ diuine miſericordie. ⁊ hoc
preſertim vltra debitū. ac ſi ſua iuſticia tan
tum. ⁊ non dei miſericordia potius ſaluan
dus ſit. Unde ꝯtingere poteſt. niſi huiuſ/
modi ſcrupulos inordinatos deponat. vt
id quod prius non erat peccatuꝫ ex ſe/fiat
peccatū ex ſcrupulo ꝯſcientie. quicq̄d eniꝫ
cōtra ꝯſciam eſt. peccatū eſt. Nec poteſt h̄
talis grām ꝑcipe. q̄ de mortali vbi morta/
le nō eſt. format ſibi ſcrupulū ꝯſcie. Nō eīꝫ
auctor gratie deus habitare vult in tali cō/
ſcientia inq̄eta ⁊ turbida. q̄ppe cum de eo
ſcriptū ſit: In pace factꝰ eſt locus eius.

De hoꝝ ſcrupuloſoꝝ nūero videnť hi fore.
qui cum pſalmū aut orōnem dixerint non
cum actuali intentione ſʒ mentis ſubrepta
euagatōe/ quā hūana infirmitas ex ſe vita
re nō pōt repetere ꝛ reſumere iteꝝ ꝛ iteꝝ nō
ceſſant. Attamē ꝯtingere pōt/ vt q̄ꝫtumcū/
q̄ꝫ reiterēt: id quod reiteratū eſt/ fiat ita in/
ſipidū. ꝛ q̄nq̄ꝫ pl9 q̄ꝫ illō qō prius negligē/
ter ꝛ inaduertenter fuit pſolutū. ¶ Quib9
ꝛ aſſociandi videnť illi qui cum cōpeten/
ter ꝛ ſi non ſufficienter/ contriti ſunt atʒ cō/
feſſi/ qꝛ impoſſibile quo ad nos videtur vt
ſufficienter contriti ſint de peccatis ſuis/ n̄
ſunt cōtenti/ ſed ſemp ſcrupulū habētes ſe nō
dum debite ꝯfeſſos eſſe: fatigant ſeipſos et
confeſſores ſuos. cū reiterationib9 confeſ/
ſionū. preſertim de leuib9 peccatis modi/
ci ponderis. Illic iuxta pſalmiſte vocē tre/
pidātes vbi n̄ erat timor. ¶ Eſtʒ oib9 pit cō
ſultū ſit/ vt n̄ de ſua iuſticia/ ſʒ de mera dei
ꝯfidāt mia/ ſicq̄ꝫ pōderēt ſuā negligētiā vt
ꝑpōderēt dei infinitā clemētiā. Meminerit
quoq̄ꝫ illius cōmunis dicti/ q̄ vltra poſſe
viri non vult deus vlla reqri. Itēq̄ꝫ illi rei
terantes orationes ſuas aduertāt. q̄ eccl'ia
non obligat ad actualē intentionem/ q̄ꝫ q̄ꝫ
bona ſit: ſed tantū vt ore pſoluanť. Nō er/
go neceſſe ē vt reiterēt qō ſemel dictū. licet
inaduertēter putāt. Sed ſufficit vt de ſua
negligentia doleant/ ꝛ confiteanť. ꝛ qō in/
iunctū fuerit loco negligēter actoꝝ ſolum
reddant. Hoc tamē intelligi volum9 ō his
qui naturaliter/ aut ex infirmitate acciden/
taliter/ fluxibiles nimis hn̄t fantaſias: ꝛ ve
lint nolint. q̄ſi ad leuē venti flatum. ad alia
a ꝓpoſito facillime diſtrahunť. Nō autem
de his q̄ fortes ſunt a natura in ſuis orga/
nis/ ſed quaſi animales ꝛ beſtiales. ex ſua
carnalitate ꝛ torpore. malaq̄ꝫ conſuetudīe
ad omnia ſpūalia pigri. ꝛ ad cūcta que car/
nis ſunt ꝓmpti. qui ꝛ ſponte quaſi tpe pſo
lutionis horaꝝ ſuarum. quia eis non ſapi
unt. aſſumūt ſibi cogitatiōes de exteriorib9.
in quib9 eoꝝ animus plus delitiať. Aut tan
ta ſomnolētia/ ex mala ſua conſuetudine. ꝛ
diabolo ipis illudēte/ obruunť. vt vix reco
lant de vnico verſiculo totius hore quam
pſoluiſſe putāt. Talib9 timeo grauiſſimuʒ
inſtabit purgatoriū. ſi euaſerit ꝑpetuū incē
diū. niſi hic debite conterantur ꝛ ſatiſfaci/
ant ꝓ tam grauib9 ꝛ quaſi affectatis negli/
gentiis. Non eſt noſtre mētis hos tales ex/
cuſare. aut occaſionem male libertatis eis

dare. Sicut nec in ſuperioribus intēcōis
noſtre extitit/ ꝓferre ſimpliciter aridos de/
uotis. ſed ſicut hic ſic ꝛ ibi ꝛ viceuerſa pu/
ſillanimes ꝛ paupes bone voluntatis ſuſce
pimus. q̄ꝫtum ad preſens attinet conſolari:
ꝛ tam ipos q̄ꝫ alios ad caute operandū ſuā
ſalutē exhortari. ¶ Et quia tactum eſt ali/ ·L·
quid ſupra de ſcrupulis circa ꝯfeſſiōes/ ſu/
pereſt adhuc q̄ nō incōgrue putam9 addē
dum. Expedit quippe ipis ſcrupuloſis di
cere ꝛ ꝯſulere/ vt non ſint nimis arte ꝯſciē/
tie circa peccata minora in ꝯfeſſione expo/
nenda/ ſed ſuccincte ꝛ breuiter quaſi in ge/
nere ſufficiat ea explicari. Maiora vero et
ea in quib9 eſſet anime periculū/ ſtudeant
cognoſcere/ ꝛ ea diligenter in ſpecie detege
re. ¶ Super quib9 tamen notandū q̄ q̄/
dā cogitationes turpes/ ꝛ execrabiles blaſ/
phemie/ ꝛ etiam luxurie/ non ita groſſe ſūt
confitende ꝑut occurrunt/ ſed ſufficit vt ſic
dicantur/ vt ꝯfeſſor mentē ꝯfitentis intelli
gat/ ſeruata honeſtate loquendi/ q̄ꝫtū poſſi
bilitas admiſerit. Licet enī confeſſioni ne
ceſſaria ſit hūilitas/ non tamen ꝓpter ſacra/
menti ꝛ ꝯfeſſoris reuerentiā excludiť hone
ſtas. Huiuſmodi etiam cogitationes exe/
crande ſiue blaſphemie ſiue luxurie/ nemi/
nem nimis turbent. Non enim delectant
deuotos ſed cruciāt. Nec ſunt hoīs ſed dia
boli eos ſuggerentis/ vnde nec imputabū/
tur homini ad demeritū ſed reputabuntur
potius eidem ad meritū: ꝛ purgāt animaʒ
pacientis eas magis q̄ꝫ maculent ꝓpter la/
borem quem homo perfert in pugnando
ꝯtra eaſdem. Quicquid nempe hominem
affligit contra ſuam voluntatē ꝛ nō placet
nec delectat: non facile in talibus tempta/
tor nocere poteſt. Quicunq̄ꝫ itaq̄ꝫ in hmōi
cogitationibus/ ſpecifice nimis vellet dſcē
dere in ꝯfitendo eas/ ꝛ multum ſcrupulo/
ſus circa ipſas eſſe/ hic proculdubio nō ex
hoc conſequeť pacem cordis/ ſed forti9 op/
poſitum: ꝛ dat occaſionē inimico ſe multo
amplius inq̄etandi ꝛ vexādi: quemadmo/
dum nonnunq̄ꝫ contingit illis. qui latrat9
canū mitigare conantes/ proiciunt eis pa/
nem vt ſic ſaltem latrare ceſſent. Immo fre/
quenter eum qui panem ꝓiecit durius la/
trando infeſtāt. ¶ Habeatur ergo ſemper
in memoria regula illa quaʒ quaſi in prin
cipio poſuimus. ſcilicet vt in quacunq̄ꝫ ꝑ/
te quis ſe ſentit proniorē ad malum/ ꝛ tem/
ptari ſe poſſe facilius/ ibi ſemper opponat

remedia preſciſe cõtraria ſolicitẽ⁹, Si q̇s eſt ſcrupuloſus in conſcientia nimis leuit/ ſtudeat cordis libertati. Si quis iracun/ dus ⁊ vehemens ⁊ commouetur faciliter. fugiat occaſionem ire/⁊ quaſi cum violen/ tia intendat mentis tranquillitati ⁊ man/ ſuetudini, Motus nãq̃ȝ maiores iuxta phi loſophoꝝ ſententiam. expellunt minores, Si quis impatiens ad queuis aduerſa/ ex empla patrũ ⁊ maxime chriſti ⁊ martyꝝ a/ nimo ſepe reuoluat, Si q̇s nimis zeloſus etiam in cauſa iuſticie/ ⁊ per impetum ſpi/ ritus nimis efferatur/ zelum cum modeſtia temperet/ Et quod etiam ipſe in multis of/ fendit recogitet/ quodq̃ȝ diſtrictum iudicẽ ſuper ſe habeat formidet, Si quis nimis tenax. largitati inſeruiat/ ⁊ ſic de ſimilibus,

D. Inſuper aduertendum pro quadam re gula generaliq̃ȝ tenendum, vt omnia ad q̃ voluntas cum quodam impetu ⁊ vehemẽ/ tia ſine preuia deliberatione inclinat/ q̃ẽtũ cunq̃ȝ appareant bona. habeantur ſuſpe/ cta/ quia cõmuniter ſunt motus ſenſualita tis ⁊ paſſionũ quibus hoſtis antiquus pſe pe ſe immiſcet. Iuxta quod ſcriptum eſt. Ab ea que dormit in ſinu tuo te cuſtodi/ ſci licet ſenſualitate. vt ipſa non dominetur ra tioni tue/ tanq̃ȝ mulier viro, Si enim hãc poteſtatem tali mulieri dederis/ ipſa cotra/ ria erit ⁊ rebellis viro ſuo. id eſt ſenſualitas rationi/ placeat vel diſpliceat tibi, Unde ſi nõ poteris eam ſic ſubigere, vt ſit omnimo de ſubdita viro/ ſemper tamẽ ei reſiſte/ nec vnq̃ȝ ei cedas/ ⁊ ſic huiuſcemodi rixa et pu/ gna coram deo tibi reputetur pro victoria, Siquidem non ſolum viciſſe malum/ bo/ num eſt/ ſed ⁊ pro viribus malo reſtitiſſe/ immo nõnunq̃ȝ melius eſt diutius pugnã exercere/ q̃ȝ cito preualere, Attendit nanq̃ȝ prudẽtiſſimus ⁊ equiſſimus rex noſter de/ us/ militum ſuorum velle potius q̃ȝ poſſe. Et ſicut poſſe vincere ſuum eſt/ ita vincere velle noſtrum eſt, Et q̃ȝq̃ȝ in vtroq̃ȝ gratia dei neceſſe eſt concurrat/ in velle tamẽ ma/ gis q̃ȝ in poſſe liberum arbitriuȝ hominis ſibi locum vendicat/ vnde iuxta ipſum mi/ litum ſuorum dominus certamẽ ad remu/ nerandum penſat, Et dignuȝ vtiq̃ȝ ⁊ iuſtũ eſt/ vt qui longius ⁊ laborioſius certauit/ p̃ miuȝ copioſius percipiat, Non tamen eſt pugna optanda ne videamur amare pe riculum/ ſed cum venerit eſt viriliter agen/ dum/ in nomine eius/ qui non patitur noſ tẽptari vltra id quod poſſum⁹/ ſed facit eti am cum tẽptatione prouentum, vt poſſim⁹ ſuſtinere, Cui ⁊ quotidie humiliter ⁊ fidu cialiter idcirco ſupplicare debemus dicen/ do quod ipſe docuit, Et ne nos inducas in temptationem, Creditur nãq̃ȝ ꝙ hec ipſa clauſula breuis verbis/ ſed ampla viribus in temptationibus irruentib⁹ deuota mẽ/ te replicata/ non mediocris ſit efficacie/ de quo nullus eſtimo dubitabit niſi infidelis/ ⁊ is qui ignorat quis eius auctor ſit.

Florent etiam ſcrupuloſi quorum puſilla/ nimitatem conſolari intẽdebam⁹/ q̃ȝq̃ȝ nõ nunq̃ȝ ad alia digredi videamur. Florent inq̃ȝ/ ꝙ valde eis expedit cum conſilio ſuo rum ſuperioꝝ ⁊ aliorum virorum ſuorum prudentium/ deum timentium/ contra ſu/ os ſcrupuloſ agere/ vt ſic tandem aſſueſcãt eos non timere/ ſicut domificatores aſſue/ facti ambulant ſecure ⁊ intrepide ſuper te/ cta altiſſima/ vbi non ſic practicati ſtatim forent ſi huiuſmodi attẽptarent in pericu/ lo vite, E.

Intendant quoq̃ȝ puſillani/ mes ſcrupuloſi ꝙ inimicus humani gene ris/ cum impugnat hominem ſtercoribus turpiſſimarum cogitationuȝ/ veluti in ob/ ſidione vrbium vel caſtrorum fieri cõſue/ uit cum ſtercoribus cloacarum/ aut cuȝ ter ret repentino ſtrepitu quempiam/ vel hor/ rorem immittit quaſi inopinate/ put ſimili ter bombardorum tonitruo impugnato/ res munitionũ agere conſueuerunt/ ⁊ quẽ/ admoduȝ ioculatores ⁊ truſatores pueris horrorem inuſitatis ſuis geſtib⁹ incutere nouerunt, Intendant inq̃ȝ ꝙ talia non cu rent/ neq̃ȝ multum cum his litigent/ ſed po tius irrideant dicentes/ cum illo patre in vitaſpatrum in talibus experto, Immun/ dicia tua ſuper te demon/ dominus mihi adiutor/ nõ te timebo, Quia enim immũ/ dus ſpiritus es/ immundicia opus tuum eſt, Item terrores tuos non timeo/ quia e/ um qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mor tuos et ſeculum per ignem defenſorem ha/ beo,

Puſillanimes ſcrupuloſi ſimili ter ſciant ꝙ ſi confeſſiones ſue magis ſe in quietãt q̃m tranquillent/ dummodo ta/ men firmum ⁊ fixum iudicium de morta/ li peccato in ſe non habeant/ quod ex hoc ſepius cognoſcere poſſent/ quia ſi in ſimilibus caſibus eos mouentibus ab

aliȷs requirerentur / dicerent caſus tales minime peccata mortalia. tunc ceſſandū cum ſupiorum ⁊ peritoꝝ cõcilio foret a frequentatione ꝯfeſſionū. ⁊ fiducialiter nihilomin⁹ celebrandū/atqꝫ humiliter dicendū, Domine non in iuſtificationib⁹ meis proſterno p̄ces meas ante faciem tuam / quia nulle ſunt/. ⁊ ſcio ꝙ ſi milleſies confiterer/⁊ diſtricte diſcutere volueris me/ non ero mundus in conſpectu tuo. Sola nanqꝫ domine miſericordia tua mundabit me. Ideoqꝫ in multitudine miſericordie tue introibo ad altare ſanctum tuum in timore tuo. timens ꝙ te plus offenderem ſi dimitterem qꝫ ſi acceſſero. eo ꝙ tu in memoriam tuam ita fieri iuſſiſti/⁊ ego multis debitor ſum pro quib⁹ orare teneor, Nulli debet eē dubium/quin talis humiliatio plus accepta ſit deo, qꝫ nonnullorum vana preſumptio. qui poſt confeſſionem ſuam ⁊ qualiacunqꝫ ecertiola ſe dignos ⁊ bene mundos reputant. quaſi intrepide ad illa terrifica diuina miſteria accedētes, Sec⁹ āt eēt vbi haberetur fixa ⁊ q̄ſi certa ꝯſcia de peccato mortali, Illud enim eēt confitendum. nō ſic de veniali quod de neceſſitate nunqꝫ cadit ſub obligatione confitendum ſacramētaliter in ſpecie. qꝫqꝫ quandoqꝫ perutile ſit. Sed ſufficit confeſſio generalis, Nam venialia per diuerſa delētur. vti confeſſione generali. oratione dominica. tunſione pe-

·F· ctoris ⁊c. ¶ In nonnullis etiam eſt tam arta conſcientia, vt qꝫto magis eam ſcobare per confeſſionē conantur/tanto amplius quaſi inde fedantur/propter plura nouiter ex fricatione pullulantia. que tamen frequenter modice aut nulle ſunt reputatōnis. conſcientia talis non firmatur melius qꝫ dimittendo eam in pace ⁊ quiete. ⁊ ꝙ ſolum imbre lachrymaꝝ irrigetur. ⁊ ſic fecundata celeſtis dono gratie ſolidet. ¶ Veniale autem peccatū cõmuniter eſt omne illud quod factum eſt abſqꝫ rationis deliberatōne, quodcunqꝫ ſit illud. etiam ſi ſit odiū vel ira contra deū/aut horribilis blaſphemia, ¶ Vel veniale peccatum eſt/ quando actus talis eſt/qui non tollit debitam ſubiectionem hominis ad deum atqꝫ eius amiciciā ſeu dilectionem/nec perimit debitum fraterne ſocietatis vinculum ad proximum. Iuxta ſimile in legibus ſecularibus ⁊ politicis/vbi quedā peccata morte puniuntur ⁊ quedam non. qꝫuis ſint contra precepta ⁊ ſtatuta. quia non tollunt debitam ſubiectionem ad principem ac ad ciuilitatem et proximum, ¶ Ex quo elici poteſt / ꝙ non omne quod eſt factum contra preceptum/ aut votum/aut iuramentum. aut etiam cōtra dei interdictum/eſt peccatum mortale. quia in quolibet horum ſtat peccari poſſe per ſurreptionem quandā/⁊ abſqꝫ pfecto rationis ꝯſenſu. qui ꝯſenſus nunqꝫ eſt in primis motibus/niſi poſt deliberationem habitā vere vel interp̄tatiue. que deliberatio in aliquib⁹ citius/in aliquib⁹ tardi⁹ fieri habet. quod ſignanter addimus propter habituatos in bono vel malo. quia in talibus habitus eſt quaſi ſimilis deliberatiōi, Sicut dicit Areſtotiles, ꝙ ars, pfecta non deliberat, patet hoc in ſcriptorib⁹ ⁊ cytharisantib⁹, Sunt etiam quedā circa que ratio magis debet eē puigil qꝫ in aliȷs. quod niſi fecerit interpretatur conſentire, ¶ Notent quoqꝫ puſillanimes ſcrupuloſi/ ꝙ nō ſemp tenemur agere meliora ⁊ meliori modo quo poſſum⁹/maxime ſub obligatione peccati mortalis. quoniā de⁹ omnipotens qꝫuis hoc poſſit a nobis licite exigere. quia ipſe domin⁹ ⁊ nos ſerui eius. nō tamē ſic agere voluit. ſed contentus eſt /vt certa que dedit precepta ſeruemus. quod ſi fecerim⁹ ſufficit ſibi. ⁊ manebim⁹ in ei⁹ dilectiōe ⁊ ḡtia, Beati nihilominus qui ita eſuriunt et ſitiunt iuſticiā. in obſequendo tanto ⁊ tā dulci bonoqꝫ domio. vt poſſe tenus aliq̄d ſuperogare dn̄i ſui preceptis contendant. Beatus quoqꝫ qui ſemp eſt pauid⁹/timēs minus debito feciſſe. dummodo tamē obſeruet ſemper. ne quid nimis. ⁊ ne ſit iuſt⁹ nimium. ⁊ demum ne dū nimis emungit. ſanguinem eliciat. ¶ Itaqꝫ puſillanimes confortamini et nolite timere. Confidite puſill⁹ grex. quia complacuit patri veſtro celeſti dare vobis regnum in ſecula ſeculorum. Amen,

¶ Finit.

## ¶ Tractatus eiuſdem ·B·

de diuerſis diaboli tēptatōnibus, e gallico in latinū verſus. ad preces venerabilis patris domini Nicolai de Nuremberga